



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Norembergæ, 1523

VD16 K 320

13 Qvo Pacto Ecclesiae Praelati per sede[m] Apostolica[m], ex
Episcoporu[m] ordinaria iurisditio[n]e, ac cæterorum suorum defensorum
tutela eximantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

Imperijs Principes, Proceres, ac Status, Sedi Apostolicæ supplicant, vt grauamina atq; onera hæc radicitus, funditusq; tollantur & abrogentur.

DE PAPALIBVS DELEGATIS AC COMMISSARIIS.

Item san. Pontificia ad Ecclesiasticarum personarum petitionem, iudices delegatos & commissarios, tanq; ecclesiasticos iudices per Germaniam concedere solet, vt impetrantes dehinc laicos, cuiuscunq; etiam dignitatis, vt præminentiae, coram ita delegatis, in causis prophanis, iudicio conuenire possint. Quod vt de facto sæpenumero præsumunt, ita excommunicationis poena mandatam sibi inter partes iurisdictionem defendere conatur. Quæ omnia & in perniciem personarum secularium, & in iurisdictionis Germanicæ ac ordinarię iacturam vergunt, & attenuationem.

QVO PACTO ECCLESIAE PRAELATI
per sedē Apostolicā, ex Episcoporū ordinaria iurisdictione,
ac cæterorum suorum defensorum tutela eximantur.

IN SVPER & hoc moliūtur summi Pōtlices, monasteria aliquot eximendo, vt ab Episcoporum, eorum, s. ordinarijs, ac defensorum, protectorumq; aliorū iurisdictione ita exempti, reddantur immunes, immedieateq; subiaceant sedi apostolicæ, quæ res non tantum prædictis ipsorum ordinarijs ac defensoribus, sed & toti Romano Imperio cedit in iacturā, tum quando collatio pecuniaria pro Imperij necessitate, vīritim Imperij Statibus indicitur. Ita enim fit, vt ipsis per se ab oneribus publicis exempti, immunitate sua gaudeant. Dehinc etiam auxiliares manus Episcopis ac defensoribus suis: quod ante hac facere necessum habebant, non porrigant, per quam technam Ro. Imperij attenuantur nerui, ac decrescunt plus iusto vires. Quapropter & hic Imperij proceres, ac Status rogant, præfata onera exemptionum abroganda,

B.



tellenda; emendandaq; ac monasteria hæc Episcoporum &
defensorum ordinariæ iurisdictioni relinquenda. Ut vel inde
Imperium Romanum per sedem apostolicam ita eneruatum,
vires pristinas eo celerius recuperare queat.

DE ATTENVATIONE IVRIS QVOD vocant Patronatus .

14 Item quum per mortes possessorum pro tempore beneficia vacare incipiunt, quorum ius patronatus ad laicos spectat, seu ecclesiasticos, tum conantur & papalis Sanctitas, & eius oratores vel legati iuri huic derogare, hoc modo: ut conferant beneficia ita vacantia Curtisanis, aut alijs quibuscumque libuerit, ita ut patronis ipsis ius suum praesentandi per hoc adimatur, auferaturq; ac interim hoc praetexitur a sede apostolica, quasi præventioni hac in re sit locus, vt qui prior beneficium illud contulerit, q; hæc teneat collatio, licet patrini tempus quoddam habeant, intra cuius metas, beneficia sua libere, & a nemine præuenti, conferre possint. Eam ob rem patronis laicis & ecclesiasticis ex fictitia hac præventione multa oritur iactura. Quapropter Sa.Ro.Impe. Status sanctitatem apostolicam rogitat, vt talia grauamina atq; onera aboleantur, & post hac beneficia vacatura, suo quecumque patrone relinquantur, nec permittendum Curtisanis, vt dehinc vel per iudiciorum ordinem, vel suapte ingenio ad talia beneficia se ingerant, sed statuto irrevocabili sanciendū, si quid a quoq; contra patronos beneficiorum ordinarios, praetextu imaginarij istius iuris, præventionis, vt præmittitur fuerit attentatum, q; omne id nullius sit momenti, viribus careat, sitq; ipso iure nullum, cassum, & invalidum.

DE ECCLESIASTICIS Q VI ROMAE VEL inter eundem Romam, mortem oppetunt.